



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 72. Francisci Balduini fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI.
A. C. 1572.

de solemnitatibus Nuptiarum, & de dispensationibus. VII. Insuper eluebrabat etiam Historiam Caroli V. Cæsaris præter Paraphrasin latinam in Aristotelis moralia ad Nicomachum, qui tamen posterior liber nondum publicam lucem aspexit.

§. LXXII.

Francisci Balduini facta.

Sanmarth.
elog. Do.
Gall. l. 2.
Melch. Adam
in vita Ju-
ri consult.
Græm.
Miræus in
elog. Belg.
Et Script.
16 sæculi.
Dupin. p.
114.

Tertius ex Scriptoribus Ecclesiasticis erat Franciscus Balduinus Atrebatie die prima Januarii Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo natus. Is erat primi regii Advocati in eadem urbe Filius, qui Lovanii humanioribus literis vacans profundam linguæ Græcæ, ac latinæ notitiam affecutus est, postea Jurisprudentiæ studio sese consecrans celebris omnino Jurisconsultus evasit: cum autem a Bergopsomensi Marchione accerferetur, per aliquot annos in Cæsaris aula morari cogebatur, inde vero recedens in Franciam pervenit, ubi arcta amicitia Budæo, Baifio, Carolo Dumulino, aliisque Doctoribus junctus erat: postquam vero per septem omnino annos Biturgibus jurisprudentiam publice professus erat, Turingam vocatus ibidem eo munere fungi parabat: ast Dumulinium pariter eo contendere intelligens Argentinæ substitit,

stitit, ubi nonnisi per unum annum ci-
vilem Jurisprudentiam tradidit, inde-
que Heidelbergam delatus rursus per
quinque annos juris, ac historiæ scien-
tias docuit, ac demum secedens Pala-
tinum Rheni Comitem in Lotharingiam
comitatus fuit: inde vero ab Antonio
Borbonio Navarræ Rege in Gallias
revocatus spurium hujus Principis Fi-
lium literis imbuere, simulque etiam
in religionis negotiis, quæ tum illud
regnum acriter agitabant, operam suam
impendere jubebatur. Fertur quoque,
quod Calvinum quondam invisens valde
propensum ejus erroribus adhærendi
animum præsetulerit, ab hoc tamen
proposito absterritus fuerit lectione cu-
jusdam operis, quod Gregorius Cassan-
der sub titulo: *Officium pii hominis* edi-
derat: hic enim liber ob styli sui mode-
rationem Protestantibus minime arri-
debat.

§. LXXIII.

Opera ab hoc Scriptore elucubrata.

Enimvero Balduinus hunc librum præ-
ceteris prior in Gallias deferebat, *Valerius*
ac propterea ipse illius Auctor crede-
batur: non enim prima hujus operis *Andr. Bibl.*
editio nomen Cassandri præferebat, *Belg.*
unde factum, ut ob hunc librum accerri-
ma inter Balduinum, & Calvinum ini-